



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

§. IX. An ex approbatione Confessariorum resultet subiecto?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

diplomatum ex professo exemptionem concedentium; iuxta d. c. cum persona de priuil. in s. d. c. porro d. X. cod. vt superfluum sit circa ambigua vagari.

S. IX.

An ex approbatione Confessariorum resultet subiectio?

Resumendo etiam, quae de confessariis approbatione, confirmatione, & facultate audiendi confessiones obiciuntur; quaeritur an ratione officij subiciantur? iuxta c. cum capella. X. de priuil. c. 11. s. 24. Conc. Trid. at vero d. c. cum capella loquitur de cura parochiali, vel alia causa, quae iurisdictionem Episcopi respiciat: vt non est cura regularium exemptorum. sicuti videmus in omnibus Mendicantibus vtriusque sexus Ordinibus obseruari: & Conc. Trid. d. c. 11. loquitur de secularibus non regularibus; vt patet in verb. nec non alios cuiuscumque monasterio oblatos & c. & vers. exceptis tamen iis qui praedictis locis, aut militibus actu seruiunt; & intra eorum septa, ac domos resident; subque eorum obedientia viuunt; siue iis qui legitime, & secundum regulam earundem militiarum professionem fecerunt. regulares ergo curam monasterio annexam exercentes, quoad secularium personarum curam, & administrationem sacramentorum dumtaxat subiicit d. c. 11. visitationi, & correctioni Episcopi.

Neque obstat quod d. Regula praescribat; vt confessor generalis ab Abbatis & regularibus electus accipiat a Dioecelano potestatem absoluedi (nam alios ipse sub se constituit) quoniam is ritus antiquus est Ecclesiae, etiam in exemptis. vt patet in clem. dudum, de sepult. s. statumus etiam in verb. vt de Episcoporum licentia, gratia & beneplacito.

confessiones confiteri sibi uolentiam audiant, penitentias imponant sa uares, & beneficium absolutionis impendant. & pergat inferius; vt non simpliciter, sed si Episcopi huiusmodi, inquit, exhibere licentiam recusarint; nos ex nunc ipsis, vt confessiones sibi confiteri uolentium liberè liciteq; audire ualeant, & eisdem penitentias imponere saluatae, atque eisdem beneficium absolutionis impertiri; gratissè concedimus, de plenitudine Apostolica potestatis. neque tamen ex huiusmodi concessione Ordinariorum, Mendicantes, quoad illius exercitium, Ordinariis ulterius subiciuntur. nisi quod ex nupera Gregorij XV. const. incip. inscrutab. confessores monialium qualitercumque exempti ab Episcopo approbati debeant; & amplius subiacent. sed & in priuilegiis ordinis S. Saluatoris facultas audiendarum confessionum Mendicantibus concessa, ei communicatur.

S. X.

De priuilegiis huiusmodi quid Concilium Trid. decreuerit, aut posteriores Constitutiones?

Concilium quidem Tridentinum multis in casibus per uiam delegationis apostolicae exemptiones regularibus concessas uiribus uacauit; nullibi tamen generatim abrogauit, adeoque firmavit regulam in casibus non exceptis, & ita habet omnium Mendicantium, aliorumque exemptorum praxis uniuersalis. An autem abrogata saltem sint omnia regularium priuilegia Concilij Tridentini decretis contraria, iuxta c. 22. s. 25 de Regul. Trid. an illa tantum uel bi additur, non obstantibus quibuscumque priuilegiis? Vide Rodrig. som. 1. q. 8. art. 6. Mirand. tom. 2. q. 42. art. 3. nuncupatim hic quaeri possit, an

1. Multis casibus regularium exemptio restricta, non ex integro sublata.

2. Priuilegia regul. Concilio Trid. contraria an sublata?